

IOANNIS CAROLI  
**ANTONELLI**  
DE  
LOCO LEGALI.



IOANNIS CAROLI  
ANTONELLI

PATRICII VELITERNI,  
EPISCOPI FERENTINI,

Tractatus

DE LOCO LEGALI  
IN TRES LIBROS DISTRIBUTVS,

In quibus nedum vtriusque Iuris Controuersiae difficiliore, & in Foro  
frequentiore, quoad locum singulariter tractantur, & resoluuntur.


*Opus omnibus tam in Scholis, quam in Palatijs versantibus, Theoricis, &  
Practicis apprime utile, & necessarium.*

Argumentis, Summarijs, & diuersis Indicibus, & praesertim  
Materiarum decoratum.

ILLVSTRISSIMO D. D.

IOANNI PAVLO CAESAROTTO  
NOBILI PATAVINO,

PRO SER. RAYNVTIO IL PARMÆ &c. DVCE  
Confiliario, & Placentiae Gubernatori.



VENETIIS, MDCLXXVII.

Apud Nicolaum Pezzana.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



# ILLVSTRISSIMO DOMINO.



Pud Ethnicos, oblationes inter, ac Numina, Religiosa custodiebatur proportio: nam iuxta diuersum Deorum Genium distincta rerum designabantur indoles: & piaculum putabatur, non Religio; si, tentato veluti transfugio, ad incongruas aras non suæ concidissent victimæ. Non absimili lege obligari debent quotquot in dicandis, quos edunt, libris, ex ingenti aliquo nomine aut ornamentum Obsequio, aut præsidium operi mutuantur. Eligendus quippè Patronus, cui maximè Argumentum conueniat; & ex cuius eminente Famâ in ipsâ facultate, ad quam spectat volumen, materiæ succrescat exemplo



# IOANNIS CAROLI ANTONELLI SAC. THEOLOGICÆ, AC I. V. D. VELITERNI



## LIBER PRIMVS. DE LOCO LEGALI.



**P**VS, de tempore legali, quod præcedentibus annis in lucem edidimus, eò animum impulit, ut hunc etiam, de loco legali, tractatum ederemus: valet enim argumentum de tempore ad locum, & e contra, *l. continuus, §. cum ita, ff. de Verbor. obligat. l. vinum, vbi Bart. ff. si cert. petat. Carleual. in tract. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 5. num. 379. & seq. Barbof. in tract. locor. commun. §. c. loc. 65. num. 2. Gratian. discip. for. cap. 128. num. 8.* vbi obseruat, quod valet etiam argumentum de re ad locum, & ad tempus, & e contra, *Gais. de Credit. cap. 2. num. 2348.* variz quoque, ac difficiles inde reuoluuntur difficultates, nam ex varietate locorum variantur contractus, & ceteri actus hominum, *l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. l. pretia rerum, §. fin. ff. Ad l. falcid. l. nummis, ff. de legat. 3. l. hæredes palam, §. si quid post factum, vers. sed etsi notam, ff. de Testam. l. semper in stipulationibus, ff. de Reg. Iur. Innoc. in cap. qualiter, & quando, num. 4. de Accusat. Alba conf. 209. num. 18. Corn. conf. 205. num. 13. vol. 2.* vbi dicit, quod loci diuersitas inducit factorum diuersitatem, *Seaccia in tract. de Commer. §. 1. q. 7. num. 76. vers. sed in mercatoribus &c.* vbi dicit, quod sicut interesse potest deberi ratione temporis, ita etiam ratione loci, *lati Mantica de Tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. num. 3. & seq. Socin. sen. conf. 64. num. 6. lib. 3. Paris. conf. 20. num. 55. lib. 1. Rimin. conf. 452. num. 17.* in præmis etiam locus attendi debet; quia si locus est publicus, iniuria fit grauior, & poena durior infertur, *l. Prætor, §. fin. vers. atrocem, & l. sed est quaestio, ff. de Iniur. l. aut facta, ff. de Pœn. vnde qui in acie fugam prior fecerit, propter exemplum, capite puniendus est, *l. omni delictum, §. qui in acie, ff. de remilit. licet secus sit, si ex alio loco, Luc. de Penn. in l. vn. col. 5. C. de Colon. Illyric. lib. 11.* item in domo grauius delinquitur, quam extra domum: multoque grauius in propria, quam in aliena, *l. lex Cornelia, & ibi DD. ff. de Iniur. & longè grauius, si in Ecclesia, vel in foro, d. l. aut facta, §. locus, vbi DD. ff. de Pœn. Luc. de Penn. in l. si apparitor, col. 8. C. de Cohortal. lib. 12.* quisque igitur facile colligere poterit, quam sit necessarius hic tractatus, cum in omnibus ferè legalibus dispositionibus, loci ratio habeatur: vt autem faciliori, ac rectori, quo possumus, ordine procedamus, in primo libro Deo adiuuante agemus de loco, quatenus spectat ad causas Ecclesiasticas, & spirituales: in secundo, quatenus respicit causas ciuiles, contractus, & negotia: in tertio, quatenus respicit causas criminales.*

S V M M A R I V M.

- 1 De loco tractant non solum Philosophi, sed etiam Legiste.
- 2 Quid sit locus.
- 3 Qualiter accipiat locus in iure, & nu. 4. & 6.
- 5 Quid nomine adis, villa, area, agri, & fundi intelligatur.
- 7 Quid sit territorium, & quid importet, nu. 11.
- 8 In mari non dicitur territorium, sed districtus.

- 9 Iurisdictio est in territorio tanquam in re inanimata, sed in Magistratu est tanquam in subiecto animato.
- 10 An concessa iurisdictione conseatur concessum territorium, & an concessio territorii videatur concessa iurisdictioni.
- 11 Territorium non importat proprietatem, & dominium prædiorum.
- 12 Clericatus non eximit aliquem de territorio, seu de districtu.
- 13 Clerus appellatione populi comprehenditur in fano-